Si

Cum me videatis phos intelligere et
verba eorum obscura in parabolis prolata
declarare intendo et Magistri Arnoldi de villa
nova beate memorie Primum verbum est corporis
in aquam reductio et illud quod philosophi vocaverunt solutionem
est artis fundamentum Unde nisi idem corpus
solveris in aquam laborem de qua solvere promittimus
primam materiam in turba phorum dicit quod corpus
solutum audientes putant aquam nubis esse si autem libros
legissent sciunt utique aquam esse permanentem que non absque
suo corpore cum quo iuncta est in dissolutione et fixa
et unum permanens esse non potest Non est ergo corporum solo
aqua nubis in bibita si paratur conversio in aquam aqua
ergo primo fuerat data vertitur in aquam prout gelu convertitur
in aquam liquidum de quo prius fuit Et sic habes unum
elementum scilicet aquam et ipsius corporis in primam materiam
reductio Secundum verbum est quod fiat terra et hoc dixerunt
philosophi quod grossities aque terra vocatur et sic habes ele
menta terre 4 Tertium verbum quod processit est terre mun
dificatio de qua mundificatione dicit Morienus hec terra cum
aqua putrescit et mundificatur qua cum mundificata
fuerit auxilio dei totum magisterium dirigitur de quo